

Ernst Johann Friedrich Mantzel

**Programma, quo Svi Ordinis Nomine ad Dispvtationem Inavgvralem Viri
Prænobilis ... Dn Joach. Lvcæ Steinen, Rostoch. Jvrivm Candidati ... De
Qvæstione: An, & Qvatenvs Jvri Rom. Competat Prærogativa Præ Veteri Jvre
Germ. In Decidendis Controversiis Jvdicialibvs, Pro capessendis summis in Jure
Honoribus die 15 Maji Anno MDCCXXXVI ...**

Rostochii: Adlerus, [1736]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77462339X>

Druck Freier  Zugang



J. L. Stein



gefeiert und von Frau

PROGRAMMA,
S VI ORDINIS NOMINE
DISPV TATIONEM IN AVGVRALEM
Viri Prænobilis atque Doctissimi,
DN. JOACH. LVCAE
S E C R E R,
ROSTOCH. JVRIVM CANDIDATI DIGNISSIMI,
DE QVÆSTIONE:
AN. & QVATENVS JVRI ROM.
COMPETAT PRÆROGATIVA PRÆ
VETERI JVRE GERM. IN DECENDIS
CONTROVERSIIS JUDICIALIBVS,
Pro capessendis summis in Jure Honoribus
die 15. Maii Anno MDCCXXXVI,
H. L. Q. C.
DEO PRÖPITIO
ventilandam,
MAGNIFICVM DN. RECTOREM, ET O. O. O.
PROCERES ET CIVES ACADEMICOS,
humaniter inuitat,
Simulque præter explicationem positionis **XIII**
nuperæ Dissertationis de *Filia nobili Mecklenburgensi,*
exhibit,
Centuriam primam Disputationum Inaugura-
lum Juridicarum, Sec. XVII. in Academia Rosto-
chensi habeturum.
ERN. JOH. FRID. MANTZEL,
JVR. D. ET PROF. H. FAC. DECANVS.
ROSTOCHII, typis JO. JAC. ADLERI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

4

PROGRAMA
SAEGES NOMIS
DIPATATIONEM INAGURAM
N. 2. 1822. A. D. 1822.
D. JOH. F. G.
25. 12. 1822.
ROSTOCK. P. M. C. CONFIDATI. DIGITIZUM
ANQVATINVS VARIUM
COMPTA PRAEGRATIA A. 1818
V. 1818. I. 1818. II. 1818. III. 1818.
P. 1818. Q. 1818. R. 1818.
M. 1818. N. 1818. O. 1818.
S. 1818. T. 1818. U. 1818.
V. 1818. W. 1818. X. 1818.
Y. 1818. Z. 1818.
E. R. J. H. F. R. D. M. A. N. E. N.



JUVANTE DEO!



Rogrammata scribimus maxime quoties solennia, quæ instant, sunt significanda; Ut plurimum hodie, postquam in sensu Tit. C. Comminaciones, epistles, programmata, subscriptiones auctoritatem rei judicatae non habere, vocem programmaticis rarius accipimus, sunt In uitationes eorum, quos causæ per agendæ Auditores, testes, spectatores,

& interdum, si v. gr. funebria, comites habere volumus. Non nunquam sunt excitatoria & persuasoria ad pietatem imo & negotium à priuato priuatim suspiciendum, veluti de festivibus & collegiorum insinuatoriis constat. In Academias præsertim hæc talia occurunt, & quamuis nihil ultra simpli publica, qui que speciali affectu aduersus peragenda feruntur, vel nunquam, etiam si centies jam in uitati, in actibus publicis visi sunt, qui phlegmatice omnem eruditionem spernunt, qui tenuem pluviolam, vel aerem paulò ingratiorum, & quæ sunt alia affectata ut plurimum pro impedimento legitimo allegant.

X 2

tamen

tamen moribus antiquis & bonis pergitur. Quod ad disputationes inaugurales, pro arbitrio Dnn. Doctorandorum etiam illæ insinuantur interdum per Programmata publica. Thæma eorum verum est nullum aliud quam responsio ad quæstionem: quis sit ille Dn. Candidatus disputaturus? Datur illa responsio per recensionem familiarum ex quibus prognatus & rationis ordinisque studiorum ad illum diem solennem usque. Quia autem simul solet occasio arripi meditatiunculam quædam communicandi, hac vice, loco ejusdem, in gratiam illorum, qui Academiam nostram amant, qui historiam Literariam ejusdem mecum colunt, quique memoriam bene meritorum & feliciter gestorum pietatis partem appellant, exhibere placet *Centuriam primam Disputationum Inauguralium Sec. XVII.* in Academia Rostochiensi habitarum. Nullo in illis utar alio selectu hac vice, quam quod abstineam a novioribus quæ ad seculum modernum proximius accedunt. Et quia tantum illas ex anterioribus, quas meæ collectiones primo intuitu ipsis exemplaribus vivis obvias mihi dederunt, non est putandum quod vel plures non dentur, vel quod plures ipse non habeam; Dabo enim successive Centurias plures, etiam, curiosorum in gratiam, separatim Centuriam ex Sec. XVI, ex quo eapropter nullam huc referre volui, quo illa amicis eo esset selectior. Placeat displiceat, mihi idem est. Præmoneo adhuc, me honorum titulos, quibus gavisi sunt *Præsides*, non expressisse, qui enim adeo hospes in nostra historia ut illos viros ad ignota sibi nomina referat, illum & hæc præterire possunt. Qua Candidatos autem lubenter adjecissim titulos, quos adepti sunt, sed quia hactenus de omnibus non constitit, nolui circa quosdam aliquid exprimere; Ut taceam, hanc paginam talia non capere & meliorem occasionem ea communicandi dari in *Annalibus Facultatis Juridicæ Rostochiensis*, quos, si non publicè, propter onera mihi imposita, ante mea fata accipient omnes, etiam mali, tamen bonis in suis lineamentis & ultra facile inspiciendos dabo. Disputarunt igitur

Præsi-

(o)

Præside B. Ern. COTTHANNO.

- Anno 1602. Nic. Papke, Rostoch. Super Theses ex vario Jure.
1714. Casp. Schwartzkopf, Wism. de Transactionibus.
Nic. Schaffenberg, Rostoch. de Pacticis.
- Anno 1614. Job. Hinze, Boruss. de Locatione Conductione.
1617. Eberhard. Huberinus, Verdensis, super Theses.
Theod. Varmeyer, Osnabr. de Jure non-scripto.
1623. Anton. Wolwitz, Heidelb. de Intercessionibus mu-
lierum.
Theod. von Oeseden, de Jure dotium.
Reinold. Detlefs, de Neptuis.
Bernb Soltow, de Tutela & Cura.
Eberb. Deichmann, de Necessaria defensione.
Frid. Hein, de Possessione.
Martin. Chemnitius, de Jure Belli.

Præside B. Thom. LINDEMANNO,

- Anno 1610. Christoph. von der Lippe, Rostoch. de Tutela &
Cura.
1615. Petrus Wasmundt, de Jure emphytevtico.

Præside B. Joh. SIBRANDO.

- Anno 1613. Alb. Schœnlow, Rodenburgens. de iis, quæ moveri
solent circa l. 23. ff. de R. J.

Præside B. Henrico SCHUCKANNO,

- Anno 1638. Godefb. Tilenius, Westph. de Contributionibus.
1641. Eberb. Weidenkopff, Spirens. de Jure Clientelari.
1642. Job. Kirchmann, de Obstagio.
Frid. Klatte, Cellens. de Fructibus.
1643. Casp Erb Varnhagen, Westph. de Tutelis & Tu-
toribus.
Herm. Hoffmann, Culmbac. de Interesse.
Girb. Schepeler, Luneb. de Jurisdictione.

X 3

Anno

Anno 1643. Engelb. Kettler, *Frisius de Jure Feudali in Synopfi.*
 - - 1652. Andr. Thurovius, *Gedan. de Continentia causa.*

Præside B. Nicolao SCHUTZIO,

Anno 1640. Chriſt. Munder, *Slesvie. de Pignoribus & Hypo-*
thecis.

- - 1646 Jac. Sebaſt. Lautemberg, *de Tiinlis.*

Anno 1648. Jac. Turke, *Hannov. de Pactis.*

- - 1651. Bernb Lindemann, *Rostoch. de Obligationibus.*

- - 1652. Andr. Amsel, *Rostoch. de Possessione.*

Præside B. Hénrico RHANIO,

Anno 1644. Bernb. Faule, *Rost. de Incorporationibus.*

- - Henr. Stuckenbergh, *Frisius de Ordine Judicij.*

- - 1645. Job. Levinus Ferber, *Brunsv. de Transactionibus.*

- - 1647. Henr. Schuckmann, *Rostoch. de Primo & secundo*
decreto.

- - Cunr. Schuckmann, *Rostoch. de Retentione.*

- - Herm. Lembke, *Rostoch. de Intercessione femi-*
narum.

- - Melch. Alb. Reichard, *Hannov. de Appellationibus.*

- - Joach. Petersen, *Lubec. de Sponzionibus.*

- - 1649. Joach. Georg. Baleke, *Parchim. de Hominibus pro-*
priis.

- - 1652. Henr. Thile, *Buxtehud. de Processu Judiciario.*

- - Baltb. Klatte, *Cellens. de Quæſtionibus.*

- - Joach. Stephani, *Gustrov. de Sequestro.*

- - 1656. Nic. Meier, *Lubec. de Arrestis.*

- - 1660. Georg. Radow, *Boruss. de Successione Conjugum.*

- - 1661. Job. Wegener, *Rostoch. de Appellationibus.*

Præside B. Joach. SCHNOBELIO.

Anno 1645. Alb. de Busch, *Westph. de Probationibus.*

Anne

Anno 1645 Job. von Hatten, Rendsb. de Crimine læsa Majestatis.

Præside B. Alberto HEINIO,

Anno 1651. Luc. Conr. Schaffhausen, Witteberg. de Judicio finium regundorum.

- - 1657. Joach. Frid. Carstens, Luber. de Decretis In Contractibus minorum.

Præside B. Laurentio STEPHANO.

Anno 1651. Paul. Barver, Slesvic. de Juramentis.

Anno 1653. M. Frid. Berlichius, Lips. de Privilegiis Nobilium.

- - 1655. Job. Schultze, Gustrov. de Tutelis.

Præside B. Hermanno LEMBKEN,

Anno 1655. Wulbr. Robbig ab Hallerspring, Westph. de Beneficio Competentiæ.

- - 1661. Otto Nic. Reppenhagen, Sverin. de Inducijis moderatoriis.

- - 1669. Job. Jac. Weiz, Mæno Francof. de Litis Contesta-

- - 1672. Frid. Bernb. von Gehren, de Sepultura Punito-

rum.

Præside B. Jac. Seb. LAUREMBERGIO.

Anno 1667. Job. Mizel, Strals. de Actorum lectione & ex illis relatione.

Præside B. Henr. Rud. REDEKERO,

Anno 1664. Gregor. Wolff, Stargard. de Errore Calculi.

- - - Casp. Frid. Koch, Gustrov. de Morte.

- - 1665. Job. Henr. Stephani, Custrin. de Confessionibus.

- - 1666. Job. Henr. Hubisch, Lusat. de Rescriptis Principum sub- & obreptitur.

- - - Cyriac. Wild, Norib. de Advocatis.

Anno

crucis
Anno 1667. Sam. Schultze, *Gustrov.* de Hereditate conventionali.

- - Laur. Arn. Meinhard, *Gustrov.* de Vulneribus.
- - Job. Sibrand, *Rostoch.* de Electione Episcopi.
- - 1672. Jac. Lembke *Rostoch.* de Scoto Macedoniano.
- - Christ. Ahrenholz, *Pomer.* de Datione in solutum.
- - Jo. Georg. Gutzmer, *Rostoch.* de Assessoribus.
- - 1673. Mich. Abasver Ostermeier, *de Quartis.*
- - 1676. Job. Christoph Schöder, *Wismar.* de Praescriptio ne delictorum.

Præside B. Georgio RADOVIO.

- Anno 1678. Christ. Frid. Hein, *Suer.* de J. N. G. ex Ciiali.
- - Henr. ab Hatten, *Holsat.* de Contumacia.
- - Bernub. Petri, *Slervic.* de Jure Reluendi.
- - 1671. Herman. Sibrand, *Rostoch.* de Via.
- - Franc. Marqu. Gerdes, *Rostoch.* de instrumentis.
- - Job. Goth. Boeckel, *Razeb.* de Absentia.
- - 1673. Laur. Khane, *Rostoch.* de tub- feudis.
- - 1675. Casp. Hinr. Gutzmer, *Rostoch.* ad l. 6. C. quor. appell. non recip.
- - 1681. Mich Mutterer, *Rhena. Meckl.* de Archivis.
- - 1682. Hinr. Conow, *Rostoch.* de ratihabitione gestorum a falso procuratore.
- - Nic. Guil. Krugert, *Megapol.* de mutata testatoris voluntate.

Præside B. Christ. WOLDENBERGIO.

- Anno 1668. Casp. Habermann, *Frisius.* super Theses.
- - 1673. Matthaeus Sluterus, *Hamb.* de successione extra ordinaria.

Præsi-

Præside B. Jacobo LEMBKEN.

- Anno 1679. *Eberb. von Bergk de Transactione in delictis.*
 - - 1683. *Christ. Hinr. Postel, Bremens. de eo quod justum est circa defensionem.*
 - - 1685. *Job. Gottfr. Stemmwede, Suerin. ad illud: Omnia sapientem prius verbis quam armis experi-ri decet.*
 - - 1690. *Christoph. Winnemer, Sedin. super Theses.*
 - - 1691. *Christoph. Grønning, Wismar. de sumtibus itineriarum.*
 - - - Henr. Kœneke, Stadens. de Anargyria.
 - - - Job. Amsel, Rostoch. de Obsignatione judiciali.

Præside B. Joh. SIBRANDO.

- Anno 1684 *Casp. Ellerhusen, Rostoch. de Protocollis Collegiorum eorumque fide.*
 - - 1687. *Casp. Matth. Muller, Rostoch de Minimo.*
 - - - August. Wygand, Hamb. de Falsis.
 - - - Aug. Hinr. von Essen, Hamb. de Abusu Remedii Legis diffamari.
 - - 1689. *Matth. Stein, Rostoch. de Contractibus.*
 - - 1692. *Joach. Hinr. Sibrand, Rostoch. de sapientibus extraneis.*
 - - - Joach. Schuckmann, Rostoch. de Oraculis veritatis legitimæ.

Præside B. Joh. FESTINGIO.

- Anno 1686. *Joach. Zinck, Wismar. de Actione inani.*
 - - 1688. *Joh. Georg. Weydenkopf, Rostoch. de Domicilio.*
 - - - Joach. Beselin, Rostoch. de Artificiis Adiutorum.

)()(

En

En B. L. Centuriam, & quidem primam Disputationum Inauguralium Juridicarum in hac Academia Sec. XVII. habitarum. Primam, inquam, nam utut multis ex rationibus, pecuniaris, & secum habitantium præsertim, rariores hic sint actus inaugurales, ideo ut in jam currentis seculi tertia jam-dum & ultra elapsa parte circiter centum disputationes pro Licentia in Jure sint habitæ, ceu proxima quadam occasione simili probabo, tamen non sunt rarissimi; Imo qui nostra tempora cum melioribus, vt loquimur, confert, nos non decreuisse sentiet, sed potius quæ de numero & moribus studiosorum ex temporibus superioribus passim strepunt nonnullæ anus, tantum in eo ut plurimum sese fundare observabit, quod hodie non ea cum voluptate salutentur ac tunc temporis cum adhuc essent in flore ætatis. Stat Academia floretque, & quod ad dicitas Studiosorum, Studiosi non sunt pauperes, sed eorum Parentes, & hæc communis est epidemicaque hodie querela.

Augetur autem fama nostræ Musarum sedis etiam per hunc instantem ætum inauguralem disputationum. Adorabatur idem ex voto *Prenobilissimi atque Doctissimi Domini JOACHIMI LUCAE STEJNERT*, Rostochiensis, cuius nunc vitam, laudabiliter hactenus actam, paucis, more majorum, enarrabo.

Natus est ille meus Dominus Candidatus Ao. MDCCXI d 11. Decembr. in hac Urbe inlyta; PATREM habuit Virum Nobilissimum atque Præstantissimum Dn. EVCAM STEJNERT, Mercatorem florentissimum, spartas suas in civicis munib; in hac Rep. bene ornantem. Habuit inquam hunc Optimum Patrem, nam DEUS eundem, jam ante annos viginti & quod excurrit ad æterna gaudia vocavit. Id quod nostro acerbis fuisset, nisi divina providentia eidem concessisset Curatorem & Vitricum, instar Patrum sese gerentes, eoque nomine merito & hoc loco laudandos. Virum pura Prenobilissimum, Amplissimum atque Prudentissimum Dn. Walther STEJNERT, Señatorem Reipubl. Patria meritorum, Fautorem mecum assumatissimum,

cut

cui propter fidelissimam per tot annos gestam Curatelam & parentelæ respectum ad urnam usque, Me interprete, se de-
vincitum fatetur, cuique cum splendida familia DEUS
largissime benedicat; Et Virum Nobilissimum atque integer-
rimum Dn. Johannem Priestaff, Mercatorem nominatissimum
& de Republ. patria meritissimum Civem; Fautorem & Ami-
cum meum dudum probatissimum. Cui DEus fausta quæ-
vis largiatur. MATRE gavisus est & gaudet gaudeatque in
feros annos Nobilissima & virtuosissima Domina Elisabetha Wilden.
Quod ad majores, Paterna Linea ficit AVUM B. Dn. Walter
Steinen, Mercatorem apud nos primarium, Aviamque B. An-
nam HINCKELMANNIAM. PROAVUM B. Dn. Johannem
Stein, Verbi Divini Lubecæ ad D. Jacobi religiosissimum mini-
strum, cuius Vitam & monumentum Lubecæ in templo ex-
stant recenset Celebratissimus Polyhistor Dn. Licent. & Rector von
SEELEN Fautor meus optimus in elegantissimis Athenis Lube-
censibus P. II. p. 336. PROVIAMQUE B. Betham Petersen,
Matronam laudatissimam. ABAVUS fuit, pariter a Dn. von
Seelen laudatus, B. Dn. Hans Stein, Navigationis in Hispaniam
moderator, Schiffs-Capitain, inter alia, illustri victoria, de pi-
ratis maris mediterranei accolis reportata, memorabilis.
Cuique Pater, ultra quem non ascendit memoria, fuit B. Vi-
ctor Stein. Cujusque thori socia nostrique abavia fuit B.
Anna Schröders.

Merentur ex hac linea paterna adhuc memorari Proavus
alter B. David HINCKELMANN, Mercator heic suo aeo insignis,
ejusque Pater B. M. Petrus HINCKELMANN, Arebi Diaconus Jacobus Rostochiensis multis scriptis theologis inclutus, qui
Conjugem habuit B. Ursulam Schachten, B. Valentini SCHACH-
TII, Theologi Rostochiensis celebratissimi filiam; Quique filius fuit
B. Petri Hinckelmanni, & Catharinae Hellmanns. Ne quid alle-
gem de B. Wolter Petersen, & ejus Conjuge Garderuth, cuius
nomen patronymicum periit. Sit memoria piorum in bene-
dictione. Quoad Lineam Maternam AVUM veneratur ad-
huc superstitem Virum inter Senatores hujus Urbis Senio-

rem venerabilem & ultraoctuagenarium quippe Anno 1652.
 natum, Dn. Joachimum Wilden, cui DEUS incommoda
 senectutis levare clementissime velit; Et AVIAM B. Hedwig
 HOEPPEM, ex florentissima apud nos Hæppiorum familia
 Patre B. Henrico HOEPPEM prognatam. PROAVUS maternus
 fuit *Vir spectatissimus & integrerrimus B. Joachimus Wilde*, *Vir*
impensis in tot illustria Opera, speciatim Meviana, ut &
propter tot bibliopolia, non heic tantum sed & alibi adorna-
ta, celeberrimus, ædisque heic Jacobææ Præfectus, cui anno
1670. beate morienti Programmate non solum publico justa
scripsit B. Theologus Henricus MULLERUS, sed & ex more,
tunc circa primores adhuc recepto, Concionem funebrem, ty-
pis exscriptam, multo cum elogio habuit B. Herm. Becket,
Professor & Verbi Divini Jacobæus Minister venerabilis, cujus po-
steritas apud nos insigniter floret & floreat. PROAVIA, hujus
Viri Conjux erat, B. Helena HALLEWORDEN, Bibliopolæ
suo tempore inter Europæos celeberrimi B. Johannis HALLE-
VORDEN, filia. Ulteriores majores Wildiani in dicto Pro-
grammate, & speciatim allegata Concione funebri observan-
tur, ubi admodum pie a B. Viro propria manu & mente
conceptum vitæ curriculum habetur. Quiescant in pace.

His igitur ex stemmatibus prodiens optimus surculus,
 meus Dn. Candidatus, post sanctam initiationem bapti-
 smalem, crescentibus, utut adhuc teneris unguiculis, & in
 pietate & in literis concreditus fuit Præceptoribus fidelissimis,
 & quidem privatis atque domesticis, donec ad scholam heic
 florentem mitteretur, in qua vixit sub manuductione Tri-
 um Virorum adhuc per DEI gratiam idem strenue agentium,
 puta Virorum Prænob. Clarissimorum & doctissimorum, Dn.
 M. SPRENGELII, Rectoris, Dn. M. FRIESII, Con Rectoris, &
 Dn. M. RUDEVII, Virorum de juventute optime merito-
 rum, quibus meis Fautoribus ex amicis amicissimis DEUS
 vitam viresque largiatur. Ad Academica pergens, in phi-
 losophicis audivit Viros honorum & munerum titulis maxi-
 me conspicuos, videlicet Dn. BURGMANNUM, Theologie
nunc

nunc Doct. & Prof. famigeratissimum, & ad eadem Spir. S. Pastorem vigilanssimum: Dn. WOLFFIUM, Graeca Literatura Profesore celeberrimum, ex Dn. M. BECKERUM, Archi-Diaconum Marianum fidelissimum, Fautores, Collegas & Amicos meos astutissimos; Quibus in Ecclesiæ & Academiæ salutem in feros annos bene sit.

Animum ita humanioribus, ut loquimur, bene tinctum studio juridico applicans, frequentavit scholas Consul-tissimi atque doctissimi Dn. Doctoris VOGELN, Jcti & Practici inter nos celeberrimi, Fautois & Amici mei singulariter dilectissimi, quem DEUS omni felicitate beat. Meas etiam lectiones admodum solerter audivit, & per illos annos in quorum cursu & lectoria & examinatoria & disputatoria Collegia, testibus tot Programmatibus, frequentavit, se omnibus exemplulis tunc unum ex optimis gessit. Præluxit etiam omnibus speciminibus publicis, nam præter sapienter editas oppositiones, me Præside rite defendit diff. secundam Lineamentorum Juris Mecklenburgici. Anno 1731.

Anno 1733. visa in transitu Lipsia, Halensibus se concredidit musis, audivitque ibidem sedulo Viros supra laudes meas positos, Illustres & Inclytos, in Jure BOEHMERUM, HEINECCIUM; In ornamenti studii SCHMEIZELIUM, WIDEBURGIUM & HAGEN. Exacto ibidem biennio, itineri pragmatico per Germaniam se accinxit, protinusque versus Dresdam, per Bohemiam, visa Praensi Academia, verit ad magnificam sedem Imperatoriam VIENNAM; Observauit ibidem & Laxenburgi Aulam, quam admiratur & veneratur totus orbis Christianus. Laudat & grata memoria conservat benevolentiam, quam ibidem expertus est Viorum Illustrium & inclytorum, Speciatim Dn. VERPOORTEN Consiliarii Megapolitani, Dn. RASSOVII ifidem Consiliari & Conterranei omnium illuc venientium Sympatriorum Mœcenatis, ut & Maxime Reverendi Dn. MOELLENHOFFI, Pastoris Legationis Potentiss. Dania Regis meritissimi. Postquam per aliquot menses ibidem substiterat, patriam repeti-

turus, per aliquod tempus vixit RATISBONÆ, in urbe illa imperiali Comitiis nunc perpetuis illustrissima. Fautores ibidem habuit singulares Dn. CHRISTIANI, Secret. Seren. Due. Regn. Mecklenb. fidelissimum & Dn. HASSEN, Salinarum Praefetum dexterum.

Quia autem patriam repeterem honorifice satis nunc poterat, visis Noriberga, Bamberg, Coburgo, Jena, Halberstadtio, Brunswiga, Guelpherto, Lunaburgo, Hamburgo & Lubeca, in quibus ultimis locis suos agnatos cum voluptate vidit, rediit Rostochium, expectaturus & experturus nunc quam visum DEUS T. O. M. monstraturus sit. Quo autem se ad quævis suo studia conformia adaptatum sisteret, Amplissimæ Facultati meæ nomen dedit, inque examine vere rigoroso dignissimum sese exhibuit Doctorandum. Quia vero Doctorandus dissertationem inaugurem defendendam habet, moribus antiquis, obtulit mihi præsentem propria lima politam, defendetque eandem perendie masculine & comprobabit Auditorio post obitum beatorum Patruorum, Trium-Virorum STEINIORVM, Jure Consultorum & Professorum, in hac & Regionemontana Academia celebratissimorum, quartum nunc adesse Steinium & ad Academiam & ad Curiam forumque adaptatum paratissimumque. Veniant ergo Testes eruditionis hac voce invitandi.

Sed liceat, pace Dn. Canditati hac occasione expedire negotium, quod mea speciatim concernit, & de quo rubrum hujus Programmati loquitur. Sciat igitur tua humanitas Benevole Lector! in dissertatione de *Filia nobili usufructuaria Mecklenburgensi* nuperime publicata, positione XIIII, per errorem in correctione commissum, quædam esse omis- sa. Ita enim legabatur in Manuscripto: *Consentit mecum Tornov. P. I. p. 217. scilicet, quod & ante Reversales fuerit ita pronunciandum, id quod ex particula SICUTI & voee DECLARANT bene constabit sagaci interpreti.* Hodie per §. fin. art. 27. Reversalum Casus.

Casus in terminis, ex abundanti est decisus. Et capropter tantum bis eundem all-gare volui, quo Wesenbecii doct:inam, ceu deviantem, examinare possem. Presertim quia meminem ante me de hoc themate scribentem vidi, qui Wesenbeciani amplissimi de hoc jure laboris fecisset mentionem. Prabet vaslus labor Wesenbecii, litem illam representans, exemplum illorum litigiorum ad qua Reversales respiciunt, verbis: Weil viel Streit und Irrungen fürgangen. Certe haec controversia fuit de nihilo, quaque, nisi et superflue meditationes legis essent coercenda, non indigisset sanctione publica et pragmatica; Est illa quæstio simillima illi quam nemo nisi insanus movere possit: Ob, wenn einer von Adel sein Lehn-Guth einem Pensionario eingehan, und nach Rostock oder auch Hamburg sich zu wohnen begeben, oder sonst in grosser Herren Hoff- oder Krieges-Dienst sich aufhielte, desselben Tochter des Rechrs sich bedienen könne? Quis sobrius negare potest, quod Nobilis utut corpore absens, qui tamen in hoc territorio feudum habet de quo investitus, sit heic possessionatus quamdiu feudum illud ipsius nomine ab alio per contractum aliquis tenet et aconomice possidet. Rebus sic stantibus vix quidem opus fuisset B. L. hac annotatione, quia nemo ex JCTis Patriis, nisi qui male sentire in deliciis habet, non statim circa lectionem illius positionis cogitat: Daß muß was ausgelassen seyn, weil es unmöglich, daß der Autor, der in dieser Materie mehr als viele meditiret, den articul wol satsam durchgelesen, und die paginam des Tornovii allegirt woselbst der Text deutlich stehet, nicht sollte die decision obseru ret haben. Doch man sieht wol daß er den Casum für gering gehalten, weil er den lächerlichen Disput von einer Neckl. Fräulein die an ein ausswärtigen Herrn verheyrathet in eine ironische Connexion bringet.

Ergo, quo' evidentius erit amicis, non mentem manumque scribentem positionem, sed corrigentem in culpa esse, eo scđior esset calumnia me in hoc passu non excusantia. Qui me meorumque laborum filium novit, facilis erit in excusa.

cusando; Qui autem paucioribus premitur, gratosum inge-
nium dirigat ad statum eorum, quibus typographi famulus
sæpe minus opportune offert corrigenda, & qui correctio-
nem, ceu negotium minorem mentis vigorem requirens, ad
ultima nocturna, circa quæ sœpe, sibi ipsis insciis, obdormi-
scunt, reservant. Est ita, curarum præmium, inter alia in-
grata, est interdum etiam fortuita lapsuum humanorum
occasio.

Transeat; Nunc alia canam, nimirum invitatorium ad
MAGNIFICUM DN. RECTOREM ET O. O. O. PROCE-
RES, UT ET CIVES AMICOSQVE ACADEMICOS, quo
tantum perendie detrahant suis negotiis consuetis, ut ad Au-
ditorium publicum veniant, ut queant esse, quibusuis datis
occasionibus, testes fide dignissimi eruditionis & virtutis hu-
jus Dn. Candidati. Ille mecum admirabitur humanitatem &
pollicetur officiositatem. DEus autem largiatur Patriæ & Aca-
demiae florem & felicitatem, & bonis eam sapientiam, ut, su-
as partes bene observantes, intelligent omnium legum
atque virtutum summam esse: SUUM
CUIQUE TRIBUE.

P. P. Sub Sigillo Facultatis Juridicæ,
Anno MDCCXXXVI.
d. 13. Maii.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn77462339X/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77462339X/phys_0019)

DFG



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offis

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U

AS (10) AS

Copyright 471999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

schule
Anno 1667. Sam. Schultze, Gustrov. de H
tionali.

- Laur. Arn. Meinhard, Gustrov. d.
- Job. Sibrand, Rostoch. de Electi
- 1672. Jac. Lembke Rostoch. de St. to M
- Chrift. Ahrenholz, Pomer. de
- tum.
- Jo. Georg. Gutzmer, Rostoch. de
- 1673. Mich. Abasver Ostermeier, de C
- 1676. Job. Christoph Schöder, Wisma
ne delictorum.

Præside B. Georgio RADO

Anno 1678. Christ. Frid. Hein, Suer. de J.
- Henr. ab Hatten, Holsat. de Co
- Bernb. Petri, Slesvic. de Jure Re
- 1671. Herman. Sibrand, Rostoch. de Vi
- Franc. Marqu. Gerdes, Rostoch. d.
- Job. Gotth. Boeckel, Razeb. de
- 1673. Laur. Khane, Rostoch. de sub- fe
- 1675. Casp. Hinr. Gutzmer, Rostoch. a
- appell. non recip.
- 1681. Mich. Mutterer, Rhena Meckl. d.
- 1682. Hinr. Conow, Rostoch. de rat
rum a falso procuratore.
- Nic. Guil. Krugert, Megapol. de
voluntate.

Præside B. Christ. WOLDEN

Anno 1668. Casp. Habermann, Frisia, supe
- 1673. Matthaeus Sluterus, Hamb, de f
ordinaria.

Præside B. Jacobo LEMBKEN.

- Anno 1679. Eberb. von Bergk de Transactione in delictis.
 - - 1683. Chriſt. Hinr. Postel, Bremens. de eo quod justum
 est circa defensionem.
 - - 1685. Job. Gottfr. Stemmwede, Suerin. ad illud: Omnia
 sapientem prius verbis quam armis experi-
 ri decet.
 - - 1690. Chriſtop' Winnemer, Sedin. super Theses.
 - - 1691. Chriſt. Vening, Wismar. de sumtibus itinerarii
 - - - H. Stadens. de Anargyria.
 - - - Joach. de Obsignatione judiciali.

NIBRANDO.

de Protocollis Colle-

Minimo.

Abusu Remedii

Contractibus.
Rostoch. de sapientibus ex-

an, Rostoch. de Oraculis verita-

B. Joh. FESTINGIO.

- Anno 1686. Job. Zinck, Wismar. de Aktionen inani.
 - - 1688. Job. Georg. Weydenkopf, Rostoch. de Domicilio.
 - - - Job. Joach. Beselin, Rostoch. de Artificiis Aduo-
 torum.

)()

En

+